

DIE XI. JULII.

## S. PROCOPII ABBATIS.

MEMORIA.

Oratio.

**I**NTERCESSIO nos, quæsumus Dómine, beáti Procópii Abbátis comméndet : ut quod nostris méritis non valémus & ejus patrocínio assequámur : Per.

DIE XII. JULII.

## S. JOANNIS GUALBERTI ABBATIS.

DUPLEX.

Oratio.

**I**NTERCESSIO nos, quæsumus Dómine, beáti Joánnis Abbátis comméndet : ut quod nostris méritis non valémus & ejus patrocínio assequámur : Per.

DIE XIII. JULII.

## B. JACOBI A VORAGINE E. C. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

**D**EUS, qui beáturn Jacóbum, Confessórem atque Pontíficem, exímium veritátis præcónem et pacis conciliatórem effecísti : ejus nobis intercessióne concéde ut pacem et veritátem diligámus & et ad te, in quo pax summa est et pura véritas, perveniámus : Per.

DIE XIV. JULII.

## S. BONAVENTURÆ E. C. ET ECCL. DOCTORIS.

TOTUM DUPLEX.

Oratio.

**D**EUS, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beáturn Bonaventúram ministrum tribuísti : præsta, quæsumus, ut quem doctórem vitæ habúimus in terris & intercessórem habére mereámur in cælis : Per.

DIE XV. JULII.

## S. HENRICI IMPERATORIS, CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

**D**EUS, qui hodiérna die beáturn Henrícum, Confessórem tuum, e terréni culmine impérii ad regnum ætérnun transtulísti & te súpplices exorámus : ut, sicut illum, gratiæ